Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26908
Copyright: Admont, Benediktinerstift



Passio sancti Erasmi epi et martyris.

Facta est persecutio xpianorum sub dyocletiano imperatore ut siquis inuentus fuisset qui non sacrificaret diis multis interiret suppliciis. Hoc audiens beatus Erasmus heremum petiuit annis vij ubi multa mirabilia fecit in monte qui dicitur lybanus die ac nocte deum deprecans. Nam et pertorum esca ei ueniebat multas enim uirtutes per eum dominus faciebat ita ut angeli cum eo loquerentur. Diuerse etiam fere ueniebant in cellulam eius et prosternebant se ad uestigia eius. Et facta est ad eum uox de celo dicens. Erasme descende ad tuam ciuitatem. Et statim surrexit et descendit ad suam ciuitatem. Cumque descendisset multi quidem qui uexabantur a spiritibus immundis occurrebant ei. Tunc beatus Erasmus imponebat eis manus in nomine domini et statim sani fiebant. Multi enim per baptismum conuertebantur ad dominum. Hoc audiens dyocletianus imperator iussit beatum Erasmum teneri et sibi presentari. Cumque introduceretur sedente imperatore protribunali interrogauit eum dicens. Quid uis esse aut de quo genere es. Tunc beatus erasmus dixit. Xpianus sum et xpm confiteor. Erat autem beatus erasmus non spiritu tantum sed et corpore pulcher. uultus eius etiam angelicus. loquela eius sine uita offensione. Securus respondebat et non trepidabat. Ad quem ait imperator. Aquiesce et sacrifica

nri passio sci anastasii m.
nru passio sci theodoreti.
nriu passio sci felicis pbri et mostiole.

Mo bona pg vita pergere queat
Corpe robustu fac ac telsa ara fridicu
Inque tua ut ualeat degere laude
diu 5

Amen .1496.